

# PROPRIO DE LA MISA

## SAN TIMOTEO

*Obispo y mártir*

*24 de Enero - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Rojo*

*Eclesiástico 45.30; Salmo 131.1*

STATUIT ei Dominus testamentum pacis, et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in æternum. Ps. Memento, Domine, David: et omnis mansuetudinis ejus. Gloria Patri.

INFIRMITATEM nostram respice, omnipotens Deus: et quia pondus propriæ actionis gravat, beati Timthei Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum.

*Timoteo 6.11-16*

CARISSIMI: Sectare justitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, et confessus bonam confessionem coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, et Christo Jesu, qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, ut serves mandatum sine macula, irreprehensibile usque in adventum Domini nostri Jesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus, et solus potens, Rex regum, et Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, et lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, et imperium sempiternum. Amen.

INTROITO

Asentó el Señor con él una alianza de paz, y le estableció jefe de su pueblo para que tuviese por siempre la dignidad del sacerdote. Salmo. Tenle en cuenta, Señor, a David, todas sus afliciones. V̄. Gloria al Padre.

COLECTA

Mira, ¡oh Dios todopoderoso!, nuestra flaqueza; y pues nos agobia el peso de nuestros pecados, sirvanos de protección la gloriosa intercesión de tu santo obispo y mártir Timoteo. Por nuestro Señor Jesucristo.

EPÍSTOLA

Carísimo: Busca la justicia, la piedad, la fe, la caridad, la paciencia, la mansedumbre. Pelea el noble combate de la fe, conquista la vida eterna, a la que fuiste llamado y para la que hiciste una bella profesión ante muchos testigos. Te ordenó en presencia de Dios, que da vida a todas las cosas, y de Jesucristo, que ante Poncio Pilato dio hermoso testimonio, que guardes el mandato sin mácula e irreprehensible, hasta la manifestación de nuestro Señor Jesucristo, la cual mostrará a su tiempo el Santo y el Soberano, el Rey de los reyes y Señor de los Señores, el único que posee la inmortalidad, que habita en una luz inaccesible, a quien ningún hombre ha visto, ni puede ver; a quien sea el honor y el imperio sempiterno. Amén.

*Salmo 88.21-23*

INVENI David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. *Ÿ*. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocebit ei.

*Salmo 109.4*

ALLELUIA, alleluia. *Ÿ*. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia.

*Después de la Septuagésima, en vez del aleluya, el tracto:*

*Salmo 20.3-4*

DESIDERIUM animæ ejus tribuisti ei: et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. *Ÿ*. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. *Ÿ*. Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

*Lucas 14.26-33*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bajulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum: ne, posteaquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

GRADUAL

He hallado a David, mi siervo; lo he ungido con mi óleo sagrado; mi mano le protegerá, y le fortalecerá mi brazo. *Ÿ*. No podrá engañarle el enemigo, ni oprimirle el hombre perverso.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. Tú eres sacerdote para siempre según el orden de Melchisedec. Aleluya.

TRACTO

Has cumplido los deseos de su corazón y no le has rehusado la petición de sus labios. *Ÿ*. Le has prevenido con venturosas bendiciones. *Ÿ*. Has puesto sobre su cabeza una corona de piedras preciosas.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Jesús a las turbas: Si alguien viene a mí, y no aborrece a su padre y a su madre, a su mujer y a sus hijos, a sus hermanos y hermanas, y aun su propia vida, no puede ser mi discípulo. Quien no carga con su cruz, y me signe, no puede ser mi discípulo. Porque ¿quién e vosotros, queriendo edificar una torre, no se sienta primero a calcular los gastos y ver si tiene con qué acabarla. No sea que, después de echar los cimientos, y no pudiendo concluirla, todos los que lo vean comiencen a burlarse de et, diciendo: Ved ahí un hombre que ha comenzado a edificar y no ha podido rematar. O ¿qué rey, saliendo a guerrear con otro rey, no se sienta primero para examinar si sera capaz con diez mil hombres de hacer frente al que con veinte mil viene contra él? Y si no, mientras él esté lejos todavía, despacha una embajada para negociar la paz. Así, pues, el que de vosotros no renuncia a todo lo que posee, no puede ser mi discípulo.

*Salmo 88.25*

VERITAS mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

HOSTIAS tibi, Domine, beati Timothei Martyris tui atque Pontificis dicatas meritis, benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cœli, cœlorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

*Salmo 88.36-38*

SEMEL juravi in sancto meo: semen ejus in æternum manebit: et sedes ejus sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in æternum, et testis in cœlo fidelis.

REFECTI participatione muneris sacri, quæsumus Domine Deus noster: ut, cujus exsequimur cultum, intercedente beato Timotheo Martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum.

OFERTORIO

Mi lealtad y mi gracia son con el justo; y en mi nombre se hará grande su poderío.

SECRETA

Recibe, Señor, benigno, el sacrificio que por los méritos de tu santo obispo y mártir Timoteo te ofrecemos, y haz que nos sirvan para llegar al descanso sempiterno. Por nuestro Señor.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

Lo he jurado por mi santidad eternamente durará su descendencia, su trono será en mi presencia como el sol, como la luna establecida para siempre, cornu el cielo, por siempre inmutable.

POSCOMUNIÓN

Fortalecidos con la participación de los dones sagrados, te suplicamos, Señor Dios nuestro, nos hagas sentir el efecto de la intercesión de tu canto obispo y mártir Timoteo, cuyo culto celebramos. Por nuestro Señor Jesucristo.